

theatrales diebus feſtis proſcripſerint Imperatores, patebit, ſi advertatur, quid de his ſpectaculis ludique jam pridem dixerint Patres; & quomodo illa ut irrita meota vitiorum & ad corrupendos animos potentiſſimè valentia, cautè ac ſtudioſè à Fidelibus fugienda monuerint quamque ea veri Chriſtiani exhorterint.

Tertullianus in libro Apologetico capit. 38. nomine Chriſtianorum loquens, ait: "Æquè ſpectaculis veſtris in tantum renuntiamus, in quantum originibus eorum, quas ſcimus de ſuperſtitione conceptas. Quin & iſtis rebus, de quibus tranſiguntur præterſumus. Nihil eſt nobis cum infamia circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xyſti vanitate.

Notat hic Rigaltius ad verbum *Præterſumus*: "Prætereſſe dicitur, ut Superſeſſe. *Præterſumus* igitur iſtis rebus, quas præterimus ac prætermittimus, & à quibus valde alieni ſumus, videlicet ab infamia circi, impudicitia theatri, &c.

VIII. Spectaculorum ſeditatem, ac ſpurcitiam, nec non nocendi & animos corrupendi efficaciam graphicè deſcribit S. Cyprianus ſeu alius auctor tractatus De ſpectaculis inter opera Cypriani, atque inter alia ſcribit: "Et cum nulli hominum aut generi, aut profeſſioni, ab improbis rito ſermone pareatur; ab omnibus tamen ad ſpeculum convenitur: commune dedecus delectat, videlicet, vel recognoscere otia vel diſcere: ut concurratur ad illud pudoris publici lupanarium; ad obſcœnitatis magiſterium, ne quid ſecreto minus agatur quam quod in publico diſcitur; & inter ipſas leſes docetur quidquid legibus interdicitur. Quid inter hæc Chriſtians fidelis facit: cui vitia non licet nec recogitare, quid oblectatur ſimulacris libidinis, & in ipſis deſcripta verecundia audacior fiat ad crimina? Diſcitur, facere, dum conſuevit videre.

IX. Laſtantius lib. 6. *Drum. Inſtit. cap. 20.* ſolita ſua eloquentiâ theatrale hæc ſpectacula inſectatur, eorumque abominandam & pernicioſam ſeditatem vivaciſſimè proponit: "in ſcenis (ait) quoque neſcio an ſit corruptela vitioſior, Nam & Comica fabula de ſtupeis virginum loquuntur, & amoribus meretricum; & quo magis ſunt eloquentes qui flagitia illa ſinexerunt, eo magis ſententiarum elegantia perſuadent, facilius in hærent audientium memoria veſtus numeri & ornatu. Hiſtrionum quoque impudiciſſimi motus, quid aliud niſi libidines docent, & inſtigant, quid juvenes aut virgines facient, cum & fieri ſine pudore, & ſpectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique quid facere poſſint & inflammantur libidine, quæ a ſpectu maximè concitatur, ac ſe quiſque pro ſexu in illis imaginibus præfiguratur: probantque illa dum ridet, & adherentibus vitis; corruptiores ad cubicula revertuntur.

Post hæc concludit: "Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolum ne quid vitiorum peccatoribus inſideat, quæ ſedata & pacifica eſſe debent, ſed ne cujus nos voluptatis conſuetudo delineat, & à Deo, atque à bonis operibus avertat.

X. Et S. Auguſtinus lib. 1. *De conſenſu Evang. c. 33.* vocat ea, *caveas turpitudinum, & publicas profeſſiones flagitiorum.* Unde vitæ ſuæ juvenilis errata deſcribens, ait: "Rapiebant me ſpectacula theatrale, plena miſeriarum mearum, & fomitiſque ignis mei." Lib. 3. *Conf. cap. 2.*

Sed non eſt quiſquam qui acriter acerbiusque theatra inſectatus ſit, & fideles ab iſis avertere ſtudit, quam S. Chryſoſtomus, cujus vix ulla Homilia ſpectaculorum reprehensione vacat. Homilia 29. in capit. 6. Matthæi: ſcenicis ludos civitatis peſtem vocat. Homilia 69. in Capit. 2. Matthæi: *Theatralem eborem malorum omnium fontem, ſcaturiginem ac fomitem.*

XI. Si hodiernæ comedie, & theatrales ludi, ut com-

muniter publicè exhibentur, propriè attendantur, facile apparebit, rationes ob quas Chriſtians, & præcipue diebus feſtis hand convenire olim Patres judicaverint, etiam in hodiernis militare.

Hinc S. Carolus inter publicorum peccatorum illecebras, quas homines depravata conſuetudinis errore decepti pro nihilo putant, poni ſui temporis ſpectacula, ludos, ludicraſque res id generis, quæ (ait) ab ethnicorum moribus originem ducunt, diſciplinæque Chriſtiane adverſantur.

Vult autem ut Concionator hæc perpetuè detestabitur, execrabitur; demonſtrabit incommoda, publicæque arumnas inde in Chriſtianum populum diminare.

Utque oſtendat quàm hæc cum priſtinis ſpectaculis, in quæ Patres calamum ſtrinere, conveniant, addit: "In quam ſententiam valde populum confirmabit argumtus, mentis, quæ graviffimi viri. Tertullianus, Cyprianus, Martyr Salyianus & Chryſoſtomus afferunt." In Actis Eccleſ. Mediolanenſis pag. 400.

XII. Si ſpectacula, quæ *comedia* vel etiam *opera* dici ſolent, expendantur, quæ hodie in civitatibus Belgicis exhiberi ſolent, apparebit ſanè, quod non parum jam deſcriptis ſpectaculis ſunt conformis; ſanctificationi dierum Feſtorum minimè conveniant; & nata ſint populum facile à Divinis Officiis abſtrahere; imò vix contingat, ut non tantum ad vanitatem & curioſitatem, ſed ad libidinem provocent. Perſecta enim vix creduntur, niſi obſcœna aliqua, ut minus ſaltem teatè, & ſub terminis quibuſdam æquivocis, quæ frequenter magis in hærent auditoribus, admisceantur.

XIII. Quapropter Synodus P. II. Cameracenſis inter abuſus, quibus per Synodorum Decreta hæcenus mederi non potuit, numerat *ſpectacula lubrica*; & quæ diebus Dominicis aliis Feſtis diebus tempore Divini Officii maximè Veſperarum & Concionis præcipit non haberi; deſideratque idipſum Regio Edictò confirmari.

XIV. Si choreas, ſaltationes & tripudia, quæ hodie, præcipue ruri inter perſonas utriuſque ſexus inſtituntur, conſideremus, apparebit his apprimè quadrare, quæ in ſpectacula, choreasque ſuo tempore dixere Patres; atque ad ea "numquam ſerè conveniri ſino multis, & iſis quidem graviffimis Dei offentionibus (verba ſunt S. Caroli in Synodo Mediol. III. *titulo 1.*) idque ob turpes cogitationes, obſcœna dicta, inhoneſtas actiones, morum corruptelas & pernicioſas ad omnia opera carnis illecebras illis perpetuo conjunctas, tum propter caedes, rixas, diſſidia, ſupra adulteria aliæque mala plurima inde conſequentia quam ſæpiſſime.

XV. Veriſſimeque de his dicti plerumque poterit, quod de iſis olim pronuntiavit Chryſoſtomus *Homil. 48. in Matth.* "Multa ſit noſtra hæc ætate celebrantur convivia multæ choreæ & ſaltationes homicidæ peraguntur; in quibus non jam Sanctiſſimis præcurſor inſertitur, ſed ipſa Chriſti Jeſu membra immaniori quodam modo, ſævitiaque jugulantur. Non aſportatur in diſco caput in ſaltationis pretium, ſed ad hæntum plerique omnes ſædis belluinisque voluptatibus turpiſſimè mancipantur: dum ſcilicet irretiuntur criminoliſ cupiditatibus, non abſciſo cervicibus capite, ſed anima à Chriſto Domino revulſa crudelius enecat." tur.

XVI. De noſtratibus audi Cardinalem Bellarminum in Concione 19. *Dominica Quadrageſimæ.* De Choreis tantum dicam unum verbum, atque ideo potiſſimum, quod intelligam nonnullis non videri hoc verum malum, & ſciam *Lovanii* eſſe publicas ſcholas ubi docetur ars tripudiorum Sed ego proſectò ſi adulterium & fornicatio eſt malum, videre non poſſum, quomodo

vitios cum ſceminis tripudiare non ſit malum, cum ad hoc illud maximè provocet. . . Tu ad calorem adoleſcentiæ addes calorem potationis deinde iſis & tibi, cantabis, ſaltabis cum puellis & ego nihil mali ſuſpicabor.

XVII. Hæc ſi ritè expendantur fatendum erit jure merito dixiſſe S. Carolum loco ſupra citato, poſtquam de choreis locutus fuerit: "His tot offentionum & peccatorum ſeminariis locum dari, iſis præſertim diebus, qui dies propitiationis ſunt; & iſis ipſis diebus fideles plebsque nefariis iſis Satanæ blanditiis illecebras, à divinis officiis, religioſis ſupplicationibus, lectionibus ſacris abduci, avertique rudes à percipiendis fidei rudimentis; alioſque ab aliis Chriſtiane pietatis officiis, in quæ eo tempore religioſè incumbendum eſt, abſtrahi & amoveri; hoc cerè graviffimum eſt in conſpectu Dei & Eccleſiæ.

XVIII. Saltationes & choreæ hodiernæ nullibi turpius majorique cum periculo & ſcandalo aguntur, quam in conventiculis juvenum ac puellarum, quæ diebus Dominicis & Feſtis in popinis, præſertim in pagis haberi ſolent; quos Synodus Tornenſis 1589. *titulo 4. capit. 11.* deſcribit dicens: "Et cum intelligamus in quibuſdam Parochiis præſertim diebus Dominicis & Feſtis puellas & viduas, vel etiam conjugatas ſine ſuis maritis, ſis deduci ad tabernas vel popinas vel publica diverſoria, & illic cum juvenibus aut viris potitare magno cum pudicitie ſuæ periculo: præcipimus Paſtoribus & Concionatoribus illorum locorum, ut acriter hortentur Parochianos ſuos & Parochianas, ne deinceps tale quid faciant aut fieri permittant, oſtendentes quàm hoc ſit turpe & periculoſum pudicitie puellarum & mulierum & triſtiſſimos eventus inde provenire, adhortantes omnes & ſingulos ne tale quid fiat. Itemque ne tabernarii vel caupones illud domi ſuæ fieri patiantur.

XIX. Cum verò hoc malum hoc noſtro ſeculo non imminutum, ſed potius auctum videretur; ipſoſque dies Dominicos & Feſtos turpiſſimè per hæc abominanda conventicula profanari viderent Epifcopi, omnibus modis, etiam invocato brachio ſeculari exterminandum cenſuerunt.

Synodus Tornacenſis anno 77. currentis ſeculi *arr. 6.* ait: "Pluribus conquerentibus de puellarum & adoleſcentum virorum protervia, qui ſimul popinas adunt. . . tum etiam de publicis choreis, tripudiis, aliisque ejuſmodi quibus cum magno Eccleſiæ ludibrio & pietatis detrimento operam dant populi diebus Dominicis & Feſtivis, & maximè diebus dedicationis & Patronorum. . . adeantur ſeculares etiam Magiſtratus, ipſaque ſupremi hujus civitatis Concilii Curia. . . ut tantum ſcandalum tandem compeſcatur.

XX. Nominatiſſimus Gandenſium Antifites Antonius Triſt execrabiles hæc choreas execratus Decretum edidit ſub annum 1629. in hæc verba: "Abuſus, qui committitur, præſertim ruri à filiabus, quæ immemores pudicitie ipſis propriæ & imprimis neceſſariæ, eo audent, ut invitata à juvenibus tabernas frequentent Dominicis præſertim & Feſtis diebus, præbet & indies magis præbet occaſionem plurimis diſſolutionibus & flagitiis: ea propter Paſtoribus injungimus, ut in ſermonibus ſuis ea qua poterunt diligentia in abuſum illum invehantur, & parentes ſedulo corripiant de abominabili ſua incuria & indulgentia, quod filias ſuas tanto cum periculo pudicitie & ſamæ ſuæ ejuſmodi conſortii ſinant intereſſe.

XXI. Epifcopi Antverpienſes eundem abuſum in ſua Diœceſi invaluſſe intelligentes, plura adverſus illum edidit ſeveriſſima Decreta: quibus non obſtantibus intelligens modernus Antifites Joannes Ferdinandus hoc malum ubi radices egit indies graſſari & diſſundi, Præ-

deceſſorum ſuorum Decreta die 24. Feb. 1685. editâ Conſtitutione renovavit; injungens Archipreſbyteris & Paſtoribus cum Vicariis ſuis, ut hujusmodi conventus ab impari ſexu agitari ſolitos pro virili ſua extirpare ſtudeant. "Si verò accideret [ait] ut quipiam à Paſtore correpti non reſiſcerent, Paſtor nobis deferet, ut ſi Matrimonio poſtmodum jungi vellent, deſpiciamus, num ſatius non fuerit eos à Matrimonio vel ſponſalibus contrahendis arcere; neque adducere nos poterunt ut conſenſum præbeamus, donec & reſiſuerint, & datum ſcandalum reparaverint, &c.

Deplorat autem hic Antifites profanationem dierum feſtorum quàm hi conventus per ebrietates, perſuria, impudicitias & intolerabiles abuſus in hiſce committi ſolita, inducunt.

XXII. Alphonſus de Berges Archiepiſcopus Mechlinienſis editâ de hoc abuſu Epiftoſâ Paſtorali anno 1675. ſignificat, "quod maxima & deſtenda pernicieſis irrepleat juvenes inter & puellas, qui Dominicis, Feſtivis, aliſque (quos vocant *Prolyke Avonden*) tempore etiam Divini Officii ad tabernas identidem conveniunt, ubi potitant & tripudia agitant in multam noctem; & interea ejuſmodi miſcentur colloquia, tam obſcœna canuntur cantilenæ, & ab ipſis quidem conjugatis qui dictis juniorum conventibus interſunt, tam impudici atactus tentantur & exercentur, tamque frequentes ſcurrilitates & fordes cum magno animarum interitu contingunt, ut vel ex auditu eorumdem horreant pii & timorati obſtupeſcant.

XXIII. Mandat dein Paſtoribus ut pro virili incumbant, & allaborent, quo intolerabile hoc malum & abominandum abuſum maximè flagitia impediant: ut à ſuggeſtu & confeſſionali, & quavis ſerente occaſione ob oculos efficaciter proponant pericula & innumera mala quæ præſatos Conventus comitari ſolent.

XXIV. Poſt hæc dicit: quod cum id muneris quoque ſit Potèſtatum ſecularium, ut cum Paſtoribus invigilare, & ejuſmodi mala, ubi graſſantur, à juventute arcere obſtruantur, Paſtoribus incumbat, illas accedere, ut pro officio adlaborent ad tantum malum extirpandum, *brachiumque*; ut vocant, *ſeculare*, ubi opus non denegent: quo fiat, ut ſtrenuè ad executionem deducantur Edicta, quæ à Majeſtate Regia pro ſanctificatione Dominicorum Feſtorumque dierum non ſemel emanarunt.

XXV. Plura ſunt Regia Edicta hoc & præterito ſeculo edita pro obſervatione dierum feſtorum: quæ ſi juxta mentem Regis ab Officiariis & Magiſtratus civilibus executioni mandarentur, indubiè magna ex parte abuſus diebus illis committi ſoliti impedirentur; eaque omnia rursus innovata ſunt per Decretum Regium 21. Martii 1682. quod ad inſtantiam Archiepiſcopi Mechlinienſis emanavit, ſpecialitèrque injungitur Officiariis Regiis ſub Diœceſi Mechlinienſi, ut operam ſuam conferant pro impediendis inſolentibus expreſſis in hæc Epiftoſâ Paſtorali; utque illa ſecundum ſuum tenorem executioni mandetur & obſervetur.

XXVI. Cum autem dictus Archiepiſcopus adverteret quòd nec Epiftoſa Paſtoralis, nec Edictum Regium ad extirpandum hunc abuſum ſufficerent, fortiora remedia adhibenda judicavit.

Hunc in finem per litteras circulares ſignificare juſſit Archipreſbyteris, quòd cum intellexerit, multos adoleſcentes alioſque ad tabernas exire contra ſuum Decretum de anno 1675 eſſi eide non acceſſerit Regium Edictum; idcirco manet omnibus & ſingulis Dominis Paſtoribus, ut dictos publicos inobedientes habeant tamquam peccatores publicos, de quibus in Paſtorali, & ad Sacramenta non admittant aſſiſtentiamque ſuam iſis denegent tum in ſponſalibus, tum in Matrimoniis, donec publicum ſcandalum reparaverint.

Tandem

Tandem Epistola concluditur his verbis: "qua in reil-  
lustrissimus Dominus cupit, ut R. V. (Archipresbyte-  
rum alloquitur) in suis visitationibus circa excessus in-  
stos & Vesperarum ac Catechismi omissiones diligen-  
ter inquirat.

Sane si sincerè & accuratè expendantur nefanda quæ  
in his adolescentum & puellarum conventibus & cho-  
reis perpetrari consueverant; apparebit, jure meritissimo  
hodiernis illis choreis & conventibus applicari quæ de  
sui temporis choreis Patres dixerunt; imò hinc choreis ap-  
tissime convenire definitionem S. Caroli aliquando proba-  
tam: *Est circulus cuius centrum est Diabolus & cuius  
circumferentia sunt Angeli eius circumstantes.*

XXVII. Plura de his conventibus, nec non choreis &  
tripudiis, eorumque pessimis effectibus videri poterunt  
in quodam tractatu de *Choreis & tripudiis prout agitari  
passim solent, præsertim diebus Dominicis & Festis*, quem  
sub titulo Theſium evulgavit Bartholomæus Palmans in  
hac Academia Doctor Theologus; ubi unà ostendit, quàm  
arcta gravisque sit Episcoporum, Pastorum, nec non Magi-  
stratum obligatio indefinenter omnibus mediis alla-  
borandi, ut hoc malum extirpetur; quomodo item sub  
gravi peccato constringantur parentes proles suas, & Pa-  
tres familias suos domesticos ab hujusmodi conventicu-  
lis retrahere.

XXVIII. Multipliciter per frequentationem popina-  
rum & tabernarum dies Dominicis & festivos violari,  
ob multiplicia peccata quæ in illis committi solent, jam  
pridem notatum fuit; atque ob hanc popinarum frequen-  
tationem potissimum verificari illud S. Antonini *parte 2.  
tit. 9. c. 7. §. 1.* "Omnium lachrymis deslenda est Christia-  
norum cœcitas, quod Gravius Deum offendant diebus  
& festis ejusdem Divino cultui dedicatis, quàm tota heb-  
domadâ ad vitam parandam institutâ.

XXIX. Præter Principum Edicta quæ generaliter usum  
tabernarum, ob multiplices excessus qui in iis commit-  
tuntur, moderantur, relata *parte 1. titulo 2. c. 4.* sunt in-  
super plura Principum Edicta quibus cavetur, ut nullus  
incolarum ad tabernas recipiatur; nec taberna ulli inco-  
læ pateat diebus Dominicis aut festis tempore Missæ, Sa-  
crii & Vesperarum. Ita Edictum Philippi II. ad Synodum  
P. II. Cameracensem *art. 5.* Item Edictum Alberti & Isa-  
bellæ anno 1607. quod habetur *parte 2. Edictorum Flan-  
dræ pag. 33.*

XXX. Quæ & Synodalibus Decretis sæpius injuncta  
sunt. Et quidem Synodus Antverpiensis sub Miræo an-  
no 1610. *tit. 13. c. 2.* advertens non omnes ad sanctifi-  
cationem Festorum monitionibus flecti, "Volumus (ait)  
contra illos transgressores sine dissimulatione procedi  
juxta Ecclesiæ Præcepta, Serenissimorum Principum  
nostrorum Edicta, Prædecessorumque nostrorum Or-  
dinationes. . . . Potissimum diligenter observetur, ne  
Dominicis & Festis diebus, eo tempore quo Divinum

Monumentum ad Cap. V. num. 22.

*Epistola Pastoralis Archiepiscopi Mechliniensis contra conventicula juvenum  
& puellarum.*

PERCHARI ET DILECTI

Frequenter nobis exponitur, ex parte omnium propemodum Decenatum Ruralium nostri Archiepiscopatus, ju-  
ventutis gravem admodum & deplorabilem animarum esse jacituram, videlicet adolescentum & puellarum  
qui Dominicis, Festis aliisque diebus (quos Hilaros nuncupant) stabiliter etiam tempore Officii Divini conve-  
niunt in popinis ut potirent & tripudient, ibidemque in seram vesperam hæreant, dum & talia inter ipsos colloquia,  
pariterque inter personas conjugio junctas quandoque se junioribus aggregantes, miscentur, tam indecentes cantilena  
decantantur, tales affectus queruntur & committuntur, sic insolentia & absurditates fiunt, cum gravi conscientia  
labe, ut vel sola horum narratio personis timoratis horrorem incutiat.

Idcirco nos injungimus ut omnem adhibeatis diligentiam, quo tantum incommodum, abusus, cateraque hu-  
jusmodi gravia peccata impediatur, proponentes efficaciter in concionibus, sedibus Confessionum, aliisque casibus  
& opportunitatibus discrimina, & mala similibus Conventiculis annexa, Parentibusque insuper proponentes omnes  
quod

quod ipsi incumbit, ut liberos suos inde contineant, tantoque magis quod probe sciant peccata & insolentia,  
que vel ipsi forsitan juvenilitate atate commiserunt, aut tolerarunt, aut in similibus casibus & conventiculis  
viderunt, & consequenter etiam iisdem Parentibus ob oculos ponatis, se coram Deo eorumdem peccatorum  
comparsicipes & reos fore, qua in liberis aut famulantibus non impedierint, aut saltem omni modo conati fuerint  
impedire.

Quando quidem verò obligatio, ut prædicta in juventute impediatur, præter Pastores, etiam spectet ad Magi-  
stratus locorum in quibus tales indecentia committuntur, Vestri muneris erit, eos rogare, ut ad prædicta gravia  
mala impedienda cooperentur, & brachii secularis præsentent auxilium fideliterque procedant ad executionem Edi-  
ctorum sæpius promulgatorum sua Regia Majestatis, quoad factum celebrationis Dominicorum Festorumque die-  
rum.

Si verò nulla sequatur emendatio, continuetque etiamnum aut pergat juvenus taliter popinas frequentare, & in  
eis convenire, ut dictum est, postquam præfata media adhibita fuerint, declaramus nos compulsum iri ut adversus ta-  
lia provideamus suspensione officii divini & administrationis Sacramentorum respectu eorum qui se emendare nolue-  
runt, aliusque penis Canonice, ne Nobis extremi judicii die, animarum Nobis commissarum, quasque tanto pretio Dei si-  
lus redemus, per dicitur imputetur.

Denique Vobis injungimus, ut identidem per Reverendos Dominos Decanos Rurales respectivè, certio-  
res Nos faciatis eorumque circa prædicta apud vos contigerint, qualisque emendatio [prout speramus optamusque]  
super his omnibus secuta fuerit. Datum Bruxellis in Palatio nostro Archiepiscopali, die 52. Novembris Anno Do-  
mini 1675.

Locus † Sigilli.

ALPHONSUS Archiepiscopus Mechliniensis.

*Decretum Regium super executione prædictæ Epistolæ Pastoralis Archiepiscopi  
Mechliniensis.*

Carolus Dei gratia Rex Castilia, &c. Cum simus informati quod non obstantibus Edictis nostris de 7. Octob. 1531.  
12. August. 1560. 1. Jun. 1587. 2. Junii 1589. 20. Septembris 1607. ultima Augusti 1608. 1. Julii 1616. &  
10. Julii 1628. circa celebrationem diei Dominica & Festorum frequentationem & multiplicationem taber-  
narum & publicos ludos durantes Divinis officiis, & aliis horis incongruis, variis abusus & irreverentia irresp-  
erant per negligentiam & incuriam nostrorum Officialium: Hinc est, quod ad ius occurrendum, Nos, ex deliberatione  
chari & nobis admodum dilecti consobrini Alex. antri Farnexi Principis Parmensis &c. præcipiendum duximus, pro-  
ut præcipimus per presentes omnibus iudicibus, Magistratibus & Officialibus, solerter attendere, ut prædicta Edicta  
rite observentur procedendo contra infractores per penas & multas in iisdem expressas sub pena correctionis: Et  
præterea speciatim prædictis nostris Officialibus Diocesis Mechliniensis, in his ditionibus nostris & Ducatu Brabantia,  
parrigant manum auxiliatricem ut occurratur insolentis expressis in Epistola Pastoralis Archiepiscopi Mechliniensis  
de 25. Novembris 1675. & hac secundum formam & honorem suum observetur: quoniam ita nobis placet. Datum  
Bruxellis 21. Martii 1682. Regni nostri decimo septimo. Signatum erat Ryc. Uc. Super plicam erat scriptum: Per  
Regem in suo Concilio. Et signatum Goubau.

*Litteræ circulares Archiepiscopi Mechliniensis de 10. Maji 1685. pro ulteriore exe-  
cutione allegatæ epistolæ Pastoralis.*

Cum magno animi dolore audivi Illustrissimus Dominus quod multi Adolescentes, aliique ad tabernas vadant con-  
tra illius Decretum de anno 1675. esse eisdem nuper accesserit Regium Edictum: idcirco mandat omnibus &  
singulis Dominis Pastoribus, ut dictos publicos inobedientes habeant tamquam publicos peccatores, de quibus  
in Pastoralis, & ad Sacramenta non admittant, assistentiamque suam ut denegent, tum in sponsalibus, tum in matri-  
monio donec publicum scandalum reparaverint, quâ in re Illustrissimus Dominus cupit, ut R. V. in suis visitationibus  
circa istos excessus & vesperarum ac Catechismi omissiones diligenter inquirat.

Erat signatum A. A. M. ut

*Alterum Decretum Regium quo prius renovatur & latius explanatur.*

Carolus Dei gratia Rex Castilia &c. Omnibus has visuris salutem. Notum facimus, quod Archipresbyteri Pro-  
vincia Brabantia, & districtus Alostani Nobis exposuerunt, quod quantumvis renovassemus die 21. Maji 1682.  
predecessoria nostra Diplomata & mandata, de observandis Dominicis Festisque diebus, injunxissemusque qui-  
busvis Officialibus nostris, ut conformiter ad Epistolam Pastoralem Archiepiscopi Mechliniensis die 25. Novemb.  
1675. impedirent peccata & scandalosus indecentias quæ in popinis in conventiculis puellarum & adolescentium com-  
mittuntur, tam etiam cum ipse domum vesperi deducuntur, interea aliqui Pagorum Toparchæ, eorum Prætores, Præ-  
fecti, aliique officiales denegassent Ecclesiasticis auxilium præstare, quo impedirentur puella eisdem popinas frequen-  
tare, ad evitandam proximam peccandi occasiones quæ ordinariè post potationem in similibus conventiculis occurrunt,  
eo titulo, quod mens nostra solim fuisset, ut talia conventicula haberentur in popinis tempore Divini Officii. Idcirco  
ad prævenendum abusus & indecentias quæ passim in talibus conventiculis occurrunt, Nos, ex deliberatione chari  
& Nobis admodum dilecti consobrini Francisci Antonii de Agurio Marchionis de Gastanaga, Equitis Ordinis Al-  
cantarae, Gubernatoris & Archistrategi Generalis Belgii nostri, &c. judicavimus expedire, ut declaramus prout per  
presentes declaramus, mentem nostram fuisse ut per Edictum nostrum die 2. Martii 1682. inhiberemus puellis inpopi-  
nis ne conventiculis adolescentium in popinis, aut circa eas interessent, ad ibidem potandam aut tripudiandum, seu  
Dominicis seu Festis seu diebus feriatis, qualicumque hora diei seu tempore Officii divini, seu alio, undicâ multâ sex  
florenorum ad onus cauponis seu capone, & trium florenorum multâ ad onus cuiusque adolescentis & puella, qui  
contra